Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



miserere mei. Et qui prebant increpabant eum ut taceret. Ipse
uero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans
autem iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset
interrogauit eum dicens. Quid tibi uis faciam. At ille
dixit. Domine ut uideam. Et iesus dixit illi. Respice fi-
des tua te saluum fecit. Et continuo uidit. et sequebatur
illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo. amen. colla. Preces nras qs.
In l. ant. Alleluia. Ps. Adiuuemus ad bn. ant. Cecus
sedebat secus uiam et clamabat miserere mei fili dauid. ad mag
ant. Stans autem iesus iussit illum adduci ad se. et ait illi quid uis
faciam tibi domine ut uideam. iesus ait illi respice fides tua te saluum
fecit et continuo uidit et sequebatur illum magnificans deum.

Dixit dominus ad noe. Fer. ii. lectio prima.

Ingredere tu et omnis domus tua archam. Te
enim uidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus
animantibus mundis tolles septena et septena masculum et
feminam. De animantibus uero non mundis duo et duo mas-
culum et feminam. Sed et de uolatilibus celi septen et sep-
tena masculum et feminam ut saluetur semen super faciem
Adhuc et post dies lb. ii. terre
septem pluuiam super terram quadraginta diebus et qua-
draginta noctibus et delebo omnem substantiam quam feci de super
faciem terre. Fecit ergo noe omnia quae mandauerat ei do-
minus eratque centum annorum cum diluuium aquarum fuerunt super
Egressus est noe lb. iii. terram.
et filii eius uxor eius et uxores filiorum eius cum eo
in archam propter aquas diluuii. De animantibus quoque
mundis et immundis. et de uolucribus. et ex omnibus